

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Synodvs Dioecesana Mediolanensis VIII. A Carolo Cardinale Tit. S. Praxedis
Archiepiscopo Habita Anno à Chr. Natiuit. M.D.LXXXI. Gregorio XIII.
Pontifice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

.11 v.9. www.biblio.psu.edu

81

SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS VIII.

A Carolo Cardinale Tit. S. Praxedis Archiepiscopo
Habita

Anno à Chr. Natiuit. M. D. LXXXI.

GREGORIO XIII. PONTIFICE.



Ec synodus celebrior quidem fuit quam aliae superioris, non decretis condendis, sed ijs exequendis, que antea conciliis, vel provincialibus, vel dioecesatis iampridem constituta atque edita sunt. Quam ob eas sane scrutinij clericalis, quod ex veteri instituto in proxima superiori synodo ad ipsum reuocatum fuit, accurasierat ratio adhibita est. Nam cum dies synodalis certus scrutinij de more constitutus est; tum scrutinij diligentissimi modus introductus est, ad perquirendum de concionandi ratione, quam parochi adhiberent, de diuinis officijs, de ministeriis ecclesiasticis, atque de omni deinceps disciplina cleri. Et verò executio multis partibus quo diligehtior esset; litteræ synodales synodo dimissa ad populos ab Archiepiscopo diligenter scriptæ fuerunt, de ijs rebus quas exequi fuisse illi deberent. Ad ceteras actiones synodales accessit etiam celebritas translationis sanctorum Martyrum Matini, & Leonis, & Beati confessoris Arsati Episcopi: quæ frequenter synodali cleri conuentu, ac summa populi frequentia, solennijs pompa, ac festigioso viarum apparatu acta est. Ac præterea ad synodi præparationem, litteræ de oratione, & precatione præfectis monasteriorum regularium sermone vulgari scripte sunt in hanc sententiam.

Carolus S. R. E. Presb. Cardinalis tit. S. Praxedis, Archiepiscopus S. Mediolanen. Ecclesiae.

R Euerendo Padre. Sempre sono à N.S. Dio accette l'orationi e prighi fatti con affetto di diuotione, e purità di cuore, & altre debite circostanze; ma quelle nondimeno che si fanno per pubblici bisogni spirituali, in un corso di frequenti clero e popolo, & in occasione massime de riforme, & insti-tuti della disciplina ecclesiastica, vogliono inchinar tanto maggiormente la bontà sua diuina ad essaudirci, & mitigare la ira cōtra di noi. Hauemo pensato adunque esser molto espedito, che in questa occasione della synodo ortaua, la quale di presente stiamo con l'aiuto di Dio benedetto per celebrare, si faccino instanti, & diuote orationi.

E però desideriamo, che V.R. co' tutti li religiosi del suo monasterio, in q̄sti tre giorni della detta synodo aiuti questa nostra attione, cominciando dimane, & facendo calde orationi: nelle quali s'habbi particolar memoria di raccomandar à Dio la Santità di N. S. Papa Gregorio XIII. la Santa Chiesa, il Re Catolico nostro, & per il buon successo di questa synodo, & per la riforma del clero e popolo di questa Città e sua provincia, & per la perseveranza nella pietà, & disciplina christiana, & finalmente per il nostro ministerio in questo governo spirituale, e tutti i cooperatori nostri in questa vigna del Signore; distribuendo in tal modo l'ore fra le persone

F

persone

persone del suo Monasterio, che si faccia oratione continua, se sarà possibile, per questi tre giorni, aggiungendo anco nella Messa in specie la colletta per il synodo.

Sarà anco contenta V. R. questa sera al segno che si darà in Duomo, far sonare solennemente un segno lungo di campane doppie, & anco dimane alle dieci ore con tutti li frati del Monasterio ritrouarsi in Duomo per la processione solenne, che si farà per dar principio al synodo. E la pace del Signor sia con voi. Dall'Arcivescovato li xi. d'Aprile. M. D. LXXXI.

Literæ quoque eo de genere ad præfectas monialium in eandem sententiam scriptæ sunt.

Translationis porrò sanctorū, quos mox supra commemoravimus, celebritas solēnis in singulis parochijs de more indicta fuit, ac denūciata his verbis.

Carolus S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Praxedis, Archiep. S. Eccl. Mediolanensis.

AVxiliante Dei misericordia die decimoquarto huius mensis Aprilis feria sexta, sanctorum martyrum, Marini, & Leonis, S. Arsati Episcopi, & Confessoris, sacri cineres, & ossa in basilica S. Stephani Protomartyris intra lacum S. Vincentij olim recondita, processione solenni, ritu celebri, frequentissime vniuersi cleri, & urbani, & dioecesis conuentu synodali pīe transferuntur. Cuius translationis publica solennitas, que processionem, & sanctam celebratatem vniuersis, & singulis sacerdotibus, clericisq; qui ad synodum hanc octauam conuenire debent, & omnibus preterea singulifq; regularium urbis ordinibus, disciplinatorum, pœnitentium, & aliorum pīs confratribus indicimus: ita ut constituta ea die, summo mane datis eo nomine campanarum signis, ornatori sacrarum vestium apparatu, crucibus insignioribus, thuribulis, acerris, candelabris, pretiosioribus, ad celebratatem hanc in eadem basilica S. Stephani collegiū conueniant; iusdemq; solennis pro-

cessionis munus pīe, rite, statisq; precibus, & luminibus obeant.

Clerus autem omnis secularis tam urbanus quam diocesanus Missæ solennibus in eadem basilica religiosè intersit.

Hanc preterea solennitatem Magistris, Decurionibus, Doctorum, Procuratorum, Notariorumque collegijs, & vniuerso populo significamus.

Stata igitur die, hora constituta, pietas omnium est, dum presentim processio agitur, ab alia omni actione, negotiatione, ac opere abstinentes, frequentes ad celebratatem conuenire.

Omnis verò quicunque sint, collegiati, aut sigillati, ordine tamen bini, ut processionis ritus est, sancti parochialis patroni vexillo per parochias distincti, & mulieres etiam binæ deinceps eadem distinctione, sicq; omnes ad celebratatis huius contemplationem ex ecclesiæ instituto ereti, processionem prosequantur accensis luminibus, pia prece, religiosaq; venerationes ut quorum sacras reliquias debito cultu venerantur in terris, eorum meritis intercedentibus gloriam consequamur semper eternam in celis.

Hanc verò translationis celebratatem, cras die Dominico, Parochi singulis vobis in Missa parochiali de more, & ad prescriptum provincialis Oscilij quarti populo enuncient. Dat. Mediolani, ex aedibus nostris Archiepiscopalibus, die octauo Aprilis. 1581.

In solenni autem processione translationis clerici vniuersus cantu solenni adhibuit hanc precatiōem.

Hymni, Antiphona, & Psalmi in solenni processione translationis SS. Martyrum Marini, & Leonis, & S. Arsati epif. & conf.

Hymn. **A** Eterna Christi munera.
Aña. **A** Sub umbra Domini requiescant iusti, & sicut vitis florebit memoria eorum.

Gaudete iusti in Domino. Psal. 32.

Aña. Gaudete sancti ante conspectum agni, paratum est vobis regnum a origine mundi.

Deus

Deus noster refugium, & virtus.
Psal. 41.

Aña. Preciosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius.
Credidi propter quod locutus sum.
Psal. 115.

Aña. Sancti tui florebunt sicut lilia: &
sicut odor libani erunt ante te.
Domine quis habitabit in taber-
naculo tuo. Psal. 14.

Aña. Iusti, & sancti in Domino gaudete.
Beati omnes, qui timent. Ps. 127.

Aña. Gaudete gaudio magno martyres
Christi: gaudete, & exultate, quia
merces vestra magna est in Cœlis.

Antiphona.

De S. Arsatio Pont. & Confessore.

Statuit illi Dominus testamen-
tum sempiternum: & dedit illi
sacerdotium magnum.

Sacerdotes domini benedicte domi-
no: serui domini hymnum dici-
te Deo nostro.

Confessor sancte, sacerdos magne,
B. Arsati intercede pro nobis.

IN hac synodo, ut in ceteris, de pro-
fessione fidei, de examinatōribus, de iu-
dicib⁹, de testib⁹ synodalib⁹, de pun-
ctatorib⁹, ceterisque act⁹, & ge-
rum est.

Quo in genere toto decreta illa tra-
litteria promulgata sunt, que scilicet de
vna in aliam synodus perpetuo tran-
ferre consueuimus ad huiusmodi usum.
Sed cleri nominatio diligentius facta
est, quam alio tempore: itidemq; scruta-
tinij ratio accuratius inita.

Decretum.

De nominatione cleri, & scruti-
nio, & cathedralico.

EDICIMVS vocationem cleri,
& synodale scrutinium ad prescriptum
decreti in hesterna sessione promulgati.
Vocati igitur vniuersè, certo ecclesiæ
titulo, bini, & ordine ad Illustrissimum
Archiepiscopum accedant, & reueren-
tiā exhibeant.

Inde ordine etiam ad prefectos scruti-
nij se conferant.

parochi præterea ad Oeconomum: cui
cathedralicum ex instituto soluant.

Decretum.

Penitentiæ clericis impositæ synodali
tempore cauponas frequen-
tantibus.

Æ QVISSIMVM est, ecclesiasti-
cos homines, qui contra clericalis, & sy-
nodalis disciplinæ leges, concilijs, &
prouincialibus, & diœcesanis sanctitas,
de suggestuq; in hesterna sessione pro-
mulgatas, ac in tabella intra septum ses-
sionis synodalis propositas aliquid co-
mittunt, subiacere canonicae discipli-
ne, & correctioni.

Mandamus igitur hos N. N. qui hoc sy-
nodali tempore ad cauponas diuerte-
runt (id quod & decreto prouinciali, &
disciplina synodalis sanctione vetitum
est) superpelliceo exutos, ad altare ma-
ius genibus flexis psalmos septem pœni-
tentiales dicere; & cras, feria sexta ieiun-
are pane, & aqua; & quidquid pecunia
in dimenso cibo castinæ feriæ erogatu-
ri erant, id in elemosinam Christi pau-
peribus conserre.

De indictione Synodi IX. futuræ.

SYNODVM nonam diœcesanæ,
quam ex sacri Tridentini Concilij de-
creto anno sequenti M. D. LXXXII.
iuante Christo Domino, celebraturi
sumus; cum statu ea die, quam in decre-
to nostro diœcesano prescriptimus, ha-
bere non possumus ob concilij prouin-
cialis sexti celebritatem, quod per nos
indictum, in idem ferè tempus cadit;
eam indicimus futuram esse die sexto
Junij eiusdem anni.

Processione solenni acta, acclamatio
nibus de more factis, osculo pacis inter
se dato, & ceteris ex pontificali libro
rite confectis, synodus ita dimissa est.

AVCTOR E Deo absoluta syno-
dō, omnes & singulos, qui ad hanc syno-
dum nostram octauam conuenerunt, di-
mittimus in pace ad suas sacerdotales
clericalesve stationes.

Qui verò in hesterna sessione congrega-
tioni oblatorum se adscribi petierūt,
nobisve se obtulerūt, aut se offerre pro-

F 2 posue-

posuerunt; cras ad nos in ædes Archiepiscopales veniant, vt cum eis delibera-remus.

Vicarijs item foraneis cras etiam audiētiam totius diei indicimus, & ijs quoq; qui aliquid habent, quod nobiscum, aut ministris nostris agant.

Illis quoque quibus à Visitatoribus pfective scrutinij iuslum est ad nos ve-nire.

Dimissa rite synodo, literæ synodales ab Archiepiscopo decretæ sunt: quarum ynæ editæ fuerunt hoc exemplo.

Carolus Cardinalis Archie-piscopus

Pastoralis officij nostri ratio illud à nobis depositit, vt in synodo dice- fana, quam ex decreto Tridentino quo tannis celebramus, non solum cleri, & populi disciplinam quasi è specula quadam Archiepiscopali assidue contéple-mur, & cognoscamus; sed etiam in eam curam tōto animo studioq; omni incum-bamus, vt decreta prouincialia, & dio-ce-sana eo de genere confecta in execu-tionis vsum inducantur. Quare non sine maxima animi molestia intelleximus, quod nobis in hac synodo allatum est; in Vicariatus tui cura, poplum dies fe-los, qui ex ritu, & instituto huius eccl-ix Medjolanensis obseruari debent, vt in proxima synodo quinta decreto in tabula exarato declaravimus & promul-gauimus, minimè obseruare; neq; adeo interdum ab operibus seruilibus, alijsq; eiusmodi rebus, que decretis, & edictis nostris prohibentur abstinere; & clerū præterea sacerorum eorum dieruni offi-cium solenne ex decretis nostris, & Calendario anniversario non celebrare; & verò in vestitu, atq; in chori disciplina ad præscriptum decretorum prouincialium se non gerere. Itaq; his nostris li-teris synodalibus tibi præscribimus, & iubemus, illud omni opera, cura, studio prouideas, & perficiass; & populus si curi in tabella præscriptum est, eos dies fe-los colat atque obseruet; & clerus offi-

cium solenne ex Calendarij rito de ijs celebret; & que de vestitus ratione, cho-riq; disciplina decretis prouincialibus sancita sunt, piè inuiolateq; præstet.

In eam sane rem omni solicitudine at-que officio incumbes: nam præterquam quod si te negligenter præbueris, eo nomine tāquam negligens seruus à Deo iusto iudicaberis; nobis etiam pa-lam in synodo proximè futura ratione es redditurus. Eamq; ob causam à can-cellario nostro hanc culpam notari iuf-ferimus, vt quam diligentiam, & solicitudinem ad eam corrigendam ipse contu-leris, suo tempore perspici queat. Chri-stus Iesus te diuinæ gratiæ, sanctæque charitatis cumulo augear.

Synodus Diœcesana Med. ix. & x. Quas Carolus Cardinalis tit. S. Praxedis Archiepiscopus habuit Annis à Chri-sti Natiuit. M. D. LXXXII. & M. D. LXXXIII.

Gregorio XIII. Pontifice.

In his duabus synodis nullum omni-no decretum (præter generalia, de quibus in superioribus) conditum est. Verum in eo potissimum studium omne posuit Illustriſ. Card. & Archiepisco-pus, vt superioribus statuta, ac decretis temporibus, in vsum quām maximè fie-ri posset inducerentur. Quamobrē pro-cessione de more facta, iſlque lectis, & promulgatis tum Tridentini, tum etiā prouincialium Concil. decretis, que in unaquaq; dioceſana synodo de suggeſto recitari solitum est; primū nomi-națio cleri, deinde verò scrutinij à pfectis regionum incepturn, & absolutum est. In synodo autem decima solennis præterea Concilij prouinc. vi, quod illo ipso anno editum fuerat, promulga-tio ad præscriptum sacerorum canonum, & Conc. prou. iv. facta est.

L A V S D E O . id oloris
Africani sacerdotum concordia
fuit ordinatio sacerdotum p[ro]p[ri]e
S Y N O -